Illustrißimo, & optimæ ſpei

PRINCIPI CAROLO,

Potentiſsimi, & Invictiſsimi,

IACOBI D. G.

magnæ Britanniæ, Franciæ, &

Hiberniæ Regis, filio unico, Walliæ Prin

cipi, Duci Eboraci, & Rotheſaiæ, magno Scotiæ

Seneſcallo, ac Inſularum Domino, &c.

D. D. D.

QVum nullum ſit ſtudium, vel doctrinæ genus (Illustrißime Princeps) quod generoſa ac heroïca ingenia, ad præclara quæque & ſublimia magis acuat, contráque tarda & inſulſa pectora magis obtundat, quàm matheſis: non mirandum eſt eruditos & magnanimos principes eam magnoperè præteritis omnibus ſeculis in deliciis habuiſſe, imperitos vero & ignavos homines eandem velut ignorantiæ ſuæ & ignaviæ hoſtem, ſemper odio acerrimo proſequutos eſſe. Cur non igitur novitium hoc noſtrum inventum, cùm obtuſa ingenia & humi repentia refugiat, ad ſublime Celſitudinis tuæ ingenium & patrocinium confugiet & tranſvolabit? Præſertim cùm nova hæc Logarithmorum